Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vier aristotet. Vorlesungen - Cod. Ettenheim-Münster 195

Fioravanti, Ioannes Baptista

[S.l.], 1630

Capvt II

urn:nbn:de:bsz:31-116355

Visual Library

videtur differentiæ ad distinguendum ventum ab alijs impressionibus quæ fiunt ex halatione sicca, ut cometæ etc.

CAPUT SECUNDUM.

De Ventorum affectionibus.

Ventorum affectiones aliæ sunt omnibus, aliæ multis, aliæ uni tantum conveniunt, prius de magis communibus postea de minus communibus agendum.

SECUNDI CAPITIS PARS I.ma

De Ventorum passionibus secundum rationem magis communem.

Cum ventus constet ex exhalatione terrea licet aliquid aliud sit ommino facile infertur quæ sint qualitates debitæ ventis in genere, illæ enim sunt quæ terræ debentur, ut colligi potest considerantes ea quæ diximus supra.

Dicendum primo ventis moderatis secundum substantiam deberi et per se convenire simpliciter et absolute frigiditatem et siccitatem. Probatur: illud convenit ventis secundum substantiam quod convenit terræ, sed terræ convenit frigiditas et siccitas, ergo. Maior patet ex dictis. Minor et fortius lib: 2 de generatione t. 36 et omnes apud Philosophos.

Dicendum 2do ventis in principio generationis ipsorum convenire calorem actualem raritatem et levitatem. Probatur: illæ qualitates conveniunt ventis in fieri quæ sunt necessaria ventis ad hoc ut exhalatio ex se gravis separetur et separata a terra sed calor raritas et levitas sunt huiusmodi ergo.

Dicendum 3tio ventos in progressu vel habere vel induere qualitates locorum per quæ transeunt saltem ex parte. Probatur: hoc pacto vel locus per quem venti transeunt habet easdem qualitates secum exhalatio vel non habet easdem, si habet easdem vel augebit secundum gradus vel servabit positive vel certe non imminuet ut patet ex ipsa quam actione conveniunt tradunt in lib: de generatione, praeterea exhalatio reducet se ad suum statum nempe ad frigiditatem et siccitatem quæ convenit terræ cum non inveniat resistentem sed potius adiuvantem ut patet exemplo aquæ calidæ revocantis se ad propriam frigiditatem, si non habet aer easdem qualitates habet diversas quia in sublunaribus non est calor et frigus sine humiditate et siccitate extra elementorum inhaerent per se loquendo quo minus sequi potest actio et reactio inter materiam venti primordialem et aerem per quem transit sequitur actio et reactio et induet saltem ex parte ventus qui est exhalatio agitata qualitates loci per quem transit. Probatur 2do experientia quia idem venti, hoc est, ex eodem principio fluentes in una regione sunt calidi in altera frigidi vel saltem minus calidi.

Colligitur ex dictis cum fortius summa 2da cap: 1 vocat exhalationem venti magis fumum calidum et siccum tum: 2 cap: 2 vocat ventos calidos loqui de ventis in principio generationis cum vero cap: 3 alios frigidos alios humidos alios siccos appellat loqui de ventis in progressu, et ventis a secundum substantiam seu secundum exigentiam loquitur cap: 1 tribuens ignis exhalationem terream quam alia parte differre satis affirmat et a terra et lib: 2 de generatione t. 28 fumum dicat esse exhalationem a terra non tamen vult simpliciter fumum differre a terra qualemque, simile sed qualemque nunquam cum aere ut arena madefacta non differt a terra ut arena sed tantum aqua.

Capitis 2di.

SECVNDI CAPITIS PARS SECVNDA.

De ventorum partitionibus secundum rationem minus communem.

Antequam videamus quas qualitates accipiant venti in particulari necesse aliqua praemittere circa divisionem ac nomina ventorum.

Notandum primo divisionem ventorum a diversis factam fuisse diversimode ac varios respectus, aliqui enim respicientes praestantiam ad duo capita redegerunt cum Homerum habitum nempe ad Boream et Austrum ad hos quasi principes omnes alios revocarunt licet aliqua ratione differentes testimonio Thrasyalcis et Homeri ut videre licet apud Strabonem lib. 1 Geographiae paulo ante medium, et Aristotelem lib. 4 polit. cap. 3, alij respicientes quatuor cardines Orientem, Occidentem, Septentrionem et Meridiem 4 fecere ventos quos dixere cardinales, alij ut dicit Vitruvius diligentius rem considerantes octo ventos esse voluerunt et inventores, quos Andronicus Cyrrhestes docebat Athenienses octogona turri singulis lateribus singulorum ventorum imaginibus effirmatis trithone versatili virgam me flantem ventum dirigente, ceteros Aristoteles appellat ventos secundum inclinationes et recessiones ventorum, Aristoteles 10 ventos facit quos principaliores appellat, duos a Septentrione et Meridie, tres ab Occidente, scilicet unum ab Aequinoctiali, alterum ab aestivo, 3tium ab hyemali, tres ab Oriente, scilicet Aequinoctiali aestivo et hyberno, deinde unum inter solem arcticum et occasum, alterum inter eundem polum et ortum aestivum, addit etiam unum eodem inter meridiem et ortum hybernum quibus subiungere alterum inter occasum hyemalem et Austrum, et sic apud antiquos Peripatheticos venti erant 12, alij 16 ventos voluerunt spatio aequali ac amplitudinem spatii dividendi, alij 24 ad maiorem distinctionem et meliorem usum in navigatione, alij demum ad eandem eam 32 fecerunt in totidem partes aequales horizonte diviso, quorum 8 simpliciter venti, 8 semiventi, 16 quartae ventorum dicuntur, nec peculiare nomen sunt.

Notandum 2do ex diversa ventorum divisione diversam natam fuisse appellationem cum aliqui aequaliter, alij inaequaliter, alij in plures, alij in pauciores partes diviserint horizontis circulum nomen illud quod ab aliquibus uni parti tributum, ita eiusdem horizontis applicatur ab alijs alteri puncto licet proximo tradunt, ut videri potest ex figuris quae solent fieri tum a Philosophis tum ab Hydrographis, comparatione facta nos ad primis Peripatheticis traditam divisionem et appellationem defendentes recentiorum etiam subtilitatem indicabimus, qui igitur flat ab Occid. Aequinoctiali Zephyrus seu Favonius nuncupatur, spirans ab ortu Aequinoctiali Subsolanus, qui a Septentrione Boreas seu Aparctias, a meridie Auster, ab Occidente aestivo Argestes, Zyron seu Iapix, spirans ab ortu hyemali Eurus, ab occasu hyemali Lyps, Africus seu Notus, spirans ab ortu aestivo Caecias, inter Septentrionem et ortum aestivum Thrascias, spirans inter ortum hyemalem et meridiem Phoenicias seu Euronotus, inter Septentrionem et ortum aestivum Meses, spirans huic inter occasum hyemalem et Austrum

hyemalem et Austrum Subsolanus, sed hac clarius in sequenti, ut dictum est.

Notandum 3tio circa ventorum qualitates diversitatem et discrepantiam in diversis authoribus afferri, nec tamen semper contrarios, nam aliqui unam sequuntur ventorum divisionem, aliqui aliam, quare licet videantur dissentire inter se conveniunt tamen, rursus aliqui de ventis iuxta effectum in suo horizonte v: g: sub aequatore etc. loquuntur, nos autem sequimur de ventis iuxta graecam loquentes ut Bremercatius adnotavit, aliqui etiam in particulari indicantes de ventis urbis Romae ex quibus unusquisque [illegible] in sua regione ventorum qualitates peculiares deducere.

Notandum 4to aliquos authores qui nomina que sit in communi usu novit [illegible] applicari cuilibet regioni et divisioni exercitatae ~~[illegible]~~ [motum] quomodo mutatis vocis non sequeretur error [illegible] [illegible] ventos [illegible], cum poli super quos coeli moventur sint semper idem, quamvis a [illegible] regionibus sint magis proximi alii magis remoti quoad altitudinem graduum, ab his sc. ab arctico quem nos videmus ventos arcticos seu Septentrionales, ab antarctico hoc [illegible] opposito antarcticos appellari possunt, non sic tum Oriens tum Occidens variabilis sit ventus ab [illegible] nominatus variationem [illegible], ita ut [illegible] vere Orientalis qui ab ea parte qua Solem ex Oriente [illegible], nasceretur [illegible] de Occidente [illegible] utilis ut [illegible] [illegible].

Dicendum 1mo Boream, idest ventum flantem a polo arctico et Austrum Borrae oppositum caeteris magnitudine et frequentia spirationis antecellere.

Probatur 1mo experientia, 2do [illegible] ex [illegible] hic cap: 3 tali pacto illi venti aliis magnitudine et frequentia [illegible] superant qui ex iis locis spirant in quibus maior quantitas materiae sc: fumi seu siccae exhalationis reperitur, et frequentius sed circa polum arcticum et meridiem [illegible] [illegible] sc: Maior vero satis clara [illegible] ex iis quae de [illegible] materia ventorum. Minor [illegible] quia illis locis plus exhalationis reperitur in quibus generari [illegible] facilius et [illegible], in iis autem facile generatur in quibus Sol suo calore potest attrahere ex terra madefacta exhalationem veluti ex [illegible] ligno [illegible] fumum, in illis regionibus terra plus madefacta et in quibus plures nubes ut in australi et boreali regione versus ad latera cursus Solis qui est ab Oriente in Occidens vel quia [illegible] aliquas nubes vaporem frigidum et humidum [illegible] calidam et humidam et frequenter in aerem, vel quia exhalationes [illegible] aliquas humidas [illegible] partes in Oriente et Occidente [illegible] in partes minutissimas vi Solis exsiccantis ut [illegible] [illegible] virtualiter et eminenter effectum quia partes non sit [illegible] adventum et aqua guttatim non sit [illegible] [illegible].

Dicendum 2do ventum qui flat a polo nobis visibili quem appellant Boream ob violentum flatum et sonorum teste Gellio, vel a boatu, [illegible], a voce procellosa ut alii, vel Septentrionem a 7 stellis circa polum, Aparctiam quod ab arcto sc: ab ursa flet et frigidum [illegible].

Probatur 1mo a posteriori et experientia, 2do authoritate Aristotelis hic cap: 3. 3tio [illegible] ratione: ille ventus qui transit per locum qui non [illegible] imprimere qualitates [illegible] [illegible] qualitatis [illegible] sed Septentrio est huiusmodi [illegible]. Maior [illegible] ex dictis. Minor [illegible] nam Septentrio transit per loca frigida et sicca, huiusmodi est regio septentrionalis abundans nive, glacie, montibus, ut testantur Geographi inter quos [illegible] [illegible].

Dicendum 3tio

Dicendum 3tio ventum qui spirat a parte opposita dicam meridiem seu a meridie quem Austrum quia haurit aquas aliqui Notum volunt, Notum graece vocabulo ab humore Lybicum a Lybia esse calidum et humidum.

Probatur per experientiam et authoritatem Aristotelis hoc modo: ille ventus qui oritur ex loco calido et transit per locum humidum est calidus et humidus, australis est huiusmodi ergo etc. Maior patet ex dictis. Minor probatur ex qualitatibus aëris positi ad meridiem in regione quae circa nos est, recepit calor a Solis maiorem vim, nec datur agens extrinsecum potens expellere naturalem humiditatem, addi potest ab Austro qui a loco magno spirat non ita facile depelli possunt vapores aggregatos sicut a Borea qui propter maiorem vicinitatem potentior est licet quidem in ipso initio etiam ut ita dicam [?] minus debiles sunt, progressu augeantur hoc verum est usque ad aliquem terminum, tandem enim vis illa remittitur.

Dicendum 4to ventum qui flat ab Oriente, quem Subsolanum Solis quasi nascentem appellant, esse calidiorem et siccum. Probatur quia calor a sole quem acquirit a Sole in generationis principio servatur et auget Solis motu ab ortu ad Occasum siccitas autem etiam in Subsolano quia sol eum venti motum comitatur facile exsiccat propter rationem superius dictam.

Dicendum 5to ventum qui flat ab Occidente Favonium a fovendo nuncupari esse frigidum et humidum. Probatur quia exhalatio a sole elevata facile discedente Sole facile refrigeratur et animadvertit Aristoteles dicens ventos Orientales Occidentalibus esse calidiores quia magis sub Sole sunt.

Colligitur ex dictis primo quid dicendum sit de ventis lateralibus, prout enim magis vel minus adhaerent Cardinalibus magis aut minus participant eorum qualitatibus.

Colligitur 2do licet interdum Boreas sit calidus, Auster frigidus et sic de caeteris hoc esse per accidens, vel ratione alicuius magnae combustionis, ut hoc tempore Romae accidit in Siccitatis agrorum, vel ratione alicuius aquae marinae aut fluvialis aut alterius rei, vel reflexionis ex monte aliquo quae non repugnant cum iis rebus quas diximus, illae enim illi debent per se loquendo.

Colligitur 3tio Romae ventos magis dominantes esse Septentrionem et Austrum, nam ab Oriente et Occidente defenditur a montibus saltem quoad partes decretiores, a septentrione per frigiditatem et siccitatem temperari tum humiditatem tum calorem Austri, tum aëris qui per vicinum mare calidus est sicuti etiam per cavitatem multarum partium Urbis, a ventis marinis circa ortum Solis commoveri vapores aëri permixtos circa terram praesertim in locis Tyberi proximis.

CAPUT III

De Causis Ventorum

Vidimus quid sint venti quot sint eorum qualitates indicavimus superest ut videamus quae sint venti causae efficiens materialis et formalis coincidit cum natura ipsorum de qua supra diximus et quinque etiam efficienti et finali ut quatuor quaestiones quae de re qualibet fieri possunt respondeamus hoc caput sicut et caetera claritatis gratia in plures partes dividemus.

CAPITIS TERTII PARS I

De Causa movente Ventos non sursum neque deorsum sed ad latus circa terram.

In hac celebri quaestione non est nobis pugnandum nisi cum Peripateticis, caeteros enim qui dissident ab opinione Aristotelis in assignanda ventorum materia ipso initio rejecti hic molestiam non afferunt,

ruente enim funda-